UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Probationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

* CLAV. DE SEISS. ¶ L.ſi ex toto. Quatenus dixit tex. quod
dixi ſatiſfiet tibi a me, vel ab illo, perſona illius eſt ſuperflua, intelli-
ge vbi de herede dixiſſet quia tunc operatur, vt in vita ſua conue-
niri non poſſit vt not. Imol. in l. qui Ro. §. flauius. ff. de verb. oblig.
ꝛ ibi Alex. quod eſt notabile ad limitationem l. eum qui ita. §. j. illo
eo. titu. vbi not. per Barto.
b ALEX. ¶ Promittentis. Idem dicas ex parte libellantis, vt ſi
quis dicat, domine iudex, petitur a vobis. ſecũdum Bal. in l. edita.
C. de eden. per Bart. l. competit. §. in ſumma. quod vi aut clam.

ALIA LECTVRA.

1 **SI quando.** Ex iſta auth. † nota quod quando
profertur verbum prime perſone in-
telligitur ſuppoſitum ego, vel nos. ¶ Secũdo nota, quod
impersonalitas ex parte promiſſoris vitiat obligationem. ¶ Ter-
tio nota quod ſi plures ſunt promittentes alternatiue, quilibet te-
netur in ſolidum. Simile in l. ſi ex toto. §. fi. ff. de leg. j. ꝛ de lega. ij. l. ſi
quis Titio aut Seio. ¶ † Vltimo nota quod imperſonalitas [a] vi-
5 a tiat obligationem. intellige quando imperſonalitas [a] eſt ex parte
promittentis, ſecus ſi ex parte ſtipulantis. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis
ita. ff. de verb. obliga. Item hoc eſt verum, quando imperſonalitas
eſt in verbo obligatiuo, ſeu obligationis inductiuo. ſecus ſi eſſet in
verbo obligationis executiuo. l. fin. §. fi. ff. ſi cert. peta. l. illa. §. j. ff. de
verborum obligationibus.

ADDITIO.

a ¶ Imperſonalitas. Adde tu quando imperſonalitas vitiat, ꝛ vi-
de per Alex. de Imo. in l. fin. ꝛ ibi Moder. ff. ſi cert. pet. quod non
vitiet libellum, adde eundem Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.
ff. de verb. obliga. ꝛ ibi etiam de materia. ꝛ in §. ſicut. ꝛ in l. quoties. ꝛ
in l. in illa. §. j. ff. eod. titu. ꝛ in libello. Adde Bald. in l. licet. ff. naute.
caupo. ſtabu. ꝛ Rom. in conſi. clxxxvj. incip. in caſu propoſito reſe-
catis ſuperfluis.

LEX II.

**RECEPTITIA.** Receptitia actio eſt ſublata, ꝛ o-
mnis res poteſt in conſtitutum
deduci. ꝛ actio de conſtituta eſt perſonalis ꝛ perpetua.
hoc dicit tota iſta lex. Vide glo. que eſt hic in fin. ¶ No.
caſum expreſſum, quia negotiatores poſſunt facere ſtatuta inter
ſe, quod tene menti, ꝛc.

ALIA LECTVRA.

**RECEPTITIA.** Actio receptitia eſt ſublata, ꝛ o-
mne debitũ, ꝛ omnes res poſſunt
in conſtitutum deduci, hec actio eſt perpetua, ꝛ compe-
tit heredibus, ꝛ cõtra heredes. h. d. Primo tollit actio-
nem receptitiam, Secundo ponit tria vitia circa actionem de con
ſtituta, que per ordinem tollit Tertio ſtatuit eam tranſire ad he-
redes, ꝛ cõtra heredes. Quarto ponit que impediunt conſtitutũ.
Quinto reſpondet cuidam obiectioni. Vltimo confirmat ſtatuta
campſorum. Secunda ibi, cum igitur. Tertia ibi, ſed ꝛ heredibus.
Quarta ibi, ita tamen. Quinta ibi, ꝛ neminem. Vltima ibi, in his.
1 ¶ Not. † quod actiones perſonales durant triginta annis, fallit in
2 caſibus, vt dicit gl. ¶ No. † quod actio de conſtituta habet ſua pri
uilegia, que ſunt duo ſecundum glo. Primo quod ex nudo pacto
oritur actio. Secundo de ſpatio decem dierum, vt l. promiſſor. §. j.
ff. eo. Poſtea dicit glo. quod illud eſt de iure communi, vt l. quod di
cimus. ff. de ſolutio. quod non eſt verum, quia in l. quod dicimus,
tempus eſt arbitrio iudicis, ſed in conſtituto eſt limitatum. ¶ Not.
3 † quod nomen pecunie accipitur largiſſime, quandoq; large, quan-
4 doq; ſtricte, vt in glo. ¶ Vlti. no. † quod campſores, ꝛ alij negotia-
tores poſſunt facere ſtatuta, que ſeruantur, ꝛ valida ſunt, vt hic, ꝛ
§. de iuriſ. omn. iud. l. fin. ꝛ plene dixi in l. omnes populi. ff. de iuſti. ꝛ
5 iur. que ſtatuta ſeruabuntur inter eos tantum, vt gloſ. dicit. † Sed
an ſeruarentur in curia aliorum. Bl. hic videtur dicere quod non.
Doct. dicunt contrarium. Nam in his, que pertinent ad litis deci-
a ſionem, ſi litigium eſſet inter campſores, [a] ſeruantur eorum iura co
ram omni iudice. l. ſi fundus. ff. de euictio.

ADDITIO.

a ¶ Inter campſores. Adde quod idem eſſet, ſi eſſet inter campſo-
rem, ꝛ nõ campſorem, ꝛ ſtatuta fuiſſent approbata a ſuperiore. Ita
Sal. hic, ꝛ in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudi. refert, ꝛ ſequitur do. Ioan.
Bapt. Caccialupus in repeti. l. omnes populi. verſicul. deinde. ff. de
iuſti. ꝛ iure.

LEX III.

**DIVIADRIANI** Exceptio diuiſionis, que oritur
ex epiſtola diui Adriani, habet
locum etiam inter plures conſtituentes. h. d. ꝛc.

ALIA LECTVRA.

**DIVIADRIANI** Beneficiũ diuiſionis, ex epi-
ſtola diui Adriani habet lo-
cum inter plures, alienum debitum conſtituentes. h. d.
¶ Oppo. ff. rem pup. ſal. fo. l. fi. Solu. Speciale eſt ibi, ꝛ
eſt caſus, in quo plures fideiuſſores nõ habẽt beneficiũ diuiſionis.

De probationibus. Rubr. XIX.

LEX I.

2 ☞ Quando animus iudicis ad fidem, vel credulitatem deduci-
tur, dicitur fieri oſtenſio.
3 Argumentorum appellatione, veniunt teſtes ꝛ inſtrumenta.
1 *Continua vt in glo. † Querit gl. quid eſt probatio? ꝛ reſpondet, ꝙ
eſt rei dubie per argumentum oſtenſio. Et aduerte, oſtenſio iſta di-
2 citur fieri † quando animus iudicis ad fidẽ ꝛ credulitatem deduci-
tur, vt l. quinquaginta. ꝛ ibi not. ff. de probatio. ꝛ l. cum de etate. eo.
3 tit. Item ꝙ dicit argumenta, † nõ intelligas de argumentis tantũ,
ꝛ rationibus ſillogiſticis. ſed etiam de teſtibus, ꝛ inſtrumentis, ad
inducendum iudicem ad fidem, vt per totum hunc titulum. ꝛ ſeq.
Querit glo. vnde dicitur probatio. Et dicitur a verbo probo.

**VT creditor.** Actor ſuam intẽtionem. ꝛ reus
ſuam exceptionem debet proba
re. h. d. Quero vtrum eo ipſo ꝙ debitor dicit ſe ſoluiſſe
fundata ſit intentio creditoris, quaſi videatur ille confi-
teri debitum. dom. Dyn. videtur dicere quod ſic in c. nullus pluri-
bus. de re. iu. li. vj. Ego dico contrarium in l. non vtique. ff. de excep.
Videtur text. in l. cum de indebito. ff. de prob. ꝛc.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Quando aduerſarius negat, vel dubitat reſpondendo, onus
probationis transfertur in alium.
2 Intẽtio actoris, an ſit fundata ex eo, ꝙ reus opponit ſolutionem.

**VT creditor.** Sicut actor debet probare ſuã
intentionem, ita reus ſuã exce-
1 ptionem. h. d. ¶ Quero, † quando alicui infertur onus
probandi. Reſpondet gloſ. quando aduerſarius negat,
ſiue dubitat. Si ergo petitioni per aduerſarium reſponſum eſt, ꝙ
dubitat, ita mihi onus probationis incũbit ac ſi negaret. An autẽ
admittatur reſponſio ſic. Iſta videbitis j. de iur. calum. l. ij. §. ꝙ ob-
ſeruari. no. ff. de pet. hered. l. ſi debitor. ꝛ de iureiu. l. iuſiurandũ ꝛ ad
pecunias. in princ. ¶ Quero, que eſt ratio huius l. ꝙ creditor de-
bet probare numerationem, debitor ſolutionẽ? Dic vt in gl. Que-
2 ro circa l. iſtam, † vtrum eo ipſo ꝙ reus opponit exceptionem ſolu-
tionis, ſit fundata intẽtio actoris, ita ꝙ nihil habeat actor proba-
re. Quidam dicunt ꝙ caſus eſt hic, ꝙ reo incumbit onus proban-
di. Certe in contrarium eſt veritas, nam ſi reus negat ſol. illa ſol. al-
a legata preſumptionem [a] debiti nõ inducit. Caſus eſt in l. cũ deinde.
ff. eo. Vnde iudex debet dare terminum ad probandũ vtriq; parti.
Caſus eſt ſecundum vnam lec. ff. de condi. inde. l. Iul. licet Dyn. di-
xerit contrarium, ꝛ male, in c. nullus pluribus. extra de re. iu. in vj. ꝛ
idem. Cyn. ꝛ ita debet intelligi hec lex. licet vtrique parti detur ter-
minus ad probandum. Dixi late in l. non vtique. ff. de except.

ADDITIO.

a ¶ Preſumptionẽ. Et quando reus recipiens [?] videatur fateri intẽ
tionem agentis, vide late per d. Fel in c. cum venerabilis. de excep.
ꝛ ibi ponit regulam cum ſex fallẽtijs, ꝛ vide aliquid per Lamfran.
de Brixia in repet. c. quõ contra falſam. in verſi. excep. de probatio.

LEX II.

2 ☞ Actor ſuccumbens in rei vendicatione, agit Publiciana.

**POSSESSIONES.** In re poſſeſſa debet proba
re petitor, nõ poſſeſſor. h. d.
1 Iſtam l. inducebat Plac. † ꝙ poſſeſſor, dominus preſu-
a matur, ꝙ falſum eſt, [a] vt in gl. videbitis j. eo. l. cũ. res, ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Falſum eſt, Contra Plac. eſt caſus recte intuenti, in
l. qui vas. ff. de furtis.

ALIA LECTVRA.

**POSSESSIONES.** Actori incumbit onus pro
bandi dominium, alias poſ-
ſeſſor abſoluitur. h. d. Vel ſic, In reali debet probare pe
titor, non poſſeſſor. ¶ Not. quod actore non probante
poſſeſſor abſoluitur, vt l. qui accuſare. §. de edẽ. ¶ Op. quod apud
reum abſolutum non remanet dominium, vt ff. de iureiur. l. ſed ꝛ ſi
poſſeſſori. ꝛ ff. eod. l. circa. de excep. rei iudi. l. excepti. Huius timore
exponit gl. ꝛ Ioan. hic dominium, id eſt, poſſeſſio. Simile in l. inter-
dũ. ff. de verb. ſig. ꝛ hec eſt vera. alie nõ ſunt vere. Dic vt in gl. ꝛ dicã
2 in l. cum res. j. eod. ¶ Quero, † ſi actor ſuccumbit in rei vendica-
tione an poſſit agere publiciana. Do. ꝛ gl. dicunt quod ſic. ff. de eui
ctio. l. minor. §. j. dic vt ibi plene dixi.

LEX III.

**EX persona** Ex perſona tutoris, qui fuit ſol-
uendo tẽpore depoſiti officij, non
poteſt alius conueniri. h. d. Et materiam huius. l. habui
ſtis. §. de tranſactio. l. j. ꝛ ibi dixi. ꝛ j. argum. tu. l. j. videtur
ergo quod ego debeam probare ipſum tunc non fuiſſe ſoluendo,
a quaſi de iure preſumatur contrarium, Reſpon. hic eſt de caſibus,

a in quibus iure pꝛeſenti pꝛeſumimus in pꝛeteritum.[a] Qui enim mo do ſoluendo non eſt, retro pꝛeſumitur non ſoluendo, niſi pobetur contrarium, ⁊ econuerſo in iudicijs. Et de hoc conſueui dare quan dam diſtinctionem dom. Oldr. quam ipſe ponit in l. j. §. ſi magiſtra tus. de magi. conue. Non ſunt alia hic, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ In pꝛeteritum. Qui nunc eſt ſoluendo, pꝛeſu mitur ita fuiſſe in pꝛeteritum, ⁊ econtra, vide etiam per Bal. in l. non ignoꝛa bit. ſ. ad exhib. ⁊ per Bart. in l. ſi pꝛius. de oper. nou. nun. ⁊ in l. ſi is cui. §. ijſdem. de accuſ. ⁊ in l. ſi quis. ⁊ ibi Bar. de adult. Uide tamen quod habetur in l. matrem. j. eod. Et adde quod ſi pꝛobo te non eſ ſe ſoluendo, pꝛeſumitur etiam in futurum, ſecundum. Bald. in l. iij. C. ſi vend. pig. aga.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Qui non eſt modo ſoluendo, pꝛeſumitur retro non fuiſſe ſol uendo. ⁊ nu. 5.
2 Tutoꝛ quando conueniatur ex perſona alterius.
3 Tutoꝛ excuſatur, ſi contutoꝛ tempoꝛe finite tutele erat ſoluendo.
6 Ex pꝛeſenti pꝛeſumitur in pꝛeteritum.

Ex perſona. Qui aliquid dicit certo tempoꝛe fuiſſe, illud debet pꝛobare. h. d. Uel
1 aliter. † Non pꝛeſumitur quē diuitem fuiſſe, niſi pꝛobetur. Uel ſic. Ex perſona tutoꝛis, qui ſoluit ſoluendo tempoꝛe depoſiti
2 officij, non poteſt alius conueniri. ¶ Not. tria. Pꝛimo † quod quan doque vnus tutoꝛ conuenitur ex perſona alterius, de quo in l. j. ſ. de tranſac. Gl. hic tangit, tamen non curo referre. ¶ Secundo no.
3 † quod excuſatur tutoꝛ, ſi contutoꝛ erat ſoluendo tempoꝛe finite tu
4 tele. ¶ Tertio nota † ꝙ ille, qui dicit ſe fuiſſe diuitem, ⁊ ſoluendo, debet pꝛobare. Ad ſecundum not. oppo. ⁊ videtur quod ſufficiat quem nō eſſe ſoluendo tempoꝛe quo agitur, vt l. inter fideiuſſoꝛes. ff. de fideiuſ. Sol. ſecundum Pet. ibi in fideiuſ. qui ſpōte intercedit, ⁊ ideo plus grauatur, hic in tutoꝛibus, quoꝛū officium eſt neceſſa rium, ideo ad eoꝛū excuſationem ſufficit tēpoꝛe finite tutele quem eſſe ſoluendo. ¶ Ad aliud opp. ⁊ videtur ꝙ actoꝛi incumbat onus pꝛobandi, non reo, vt in l. fruſtra. j. eo. ⁊ ſ. l. pꝛoxi. Sol. Actoꝛi incū bit onus pꝛobandi ſuam intentionem. reo ſuam exceptionē, vt ſ. l. j. ſed hic reus dicit, ideo pꝛobat. ¶ Contra hoc opp. quilibet pꝛe ſumitur idoneus, ⁊ bonus, niſi pꝛobetur cōtrarium, vt j. de teſt a. l. omni. ergo debemus pꝛeſumere iſtum fuiſſe diuitem, niſi pꝛobetur
5 contrariū. Sol. Dicit gl. hoc ideo, qꝛ † ex pꝛeſenti pꝛeſumitur in pꝛe teritum. Uult ergo, qui hodie non eſt ſoluendo, retro pꝛeſumatur non ſoluendo. Idē. no. in l. cum qui. ff. eo. ⁊ in l. nō eſt neceſſe. de ma
6 gi. conue. l. j. §. ſi magiſtratus. ¶ Iſtud examinemus, † quomodo ex pꝛeſenti pꝛeſumatur in pꝛeteritum. ⁊ opp. de l. iiij. ff. eo. vbi qui ho die fugit, non pꝛeſumitur retro fugiſſe. Sed Old. in ſua quadā di ſputatione dicit, quandoqʒ pꝛeſens ſtatus rei, eſt connexus tēpoꝛi pꝛeterito, ⁊ tūc de pꝛeſenti pꝛeſumit in pꝛeteritum, vt in aut. de reſt. ⁊ ea que parit. in §. vnum ſi quidem. Quandoqʒ non eſt connexus, ⁊ tunc aut pꝛeſens ſtatus habet in pꝛeteritum contrariam neceſſa riam veritatem. Exemplū, licet ſeruus fugerit, tamē in pꝛeteritum ponitur de neceſſitate tempoꝛis, quo verum eſt ipſum non fugiſſe, quādo erat puer, ⁊ tunc de pꝛeſenti nō pꝛeſumimus in pꝛeteritum, vt d. l. iiij. ff. eo. Quandoqʒ nō habet in pꝛeteritum neceſſariam ve ritatem contrariā, vt in paupertate, ⁊ diuitijs. Poteſt enim eſſe, ꝙ quis ſemper fuit diues, vel ſemper fuit pauper, ⁊ tunc de pꝛeſenti pꝛeſumitur in pꝛeteritum, vt hic, cū ſimil. Et pꝛo hoc dicit ipſe, con trarium dixi in l. j. §. ſi magiſtratus. Et eſt in argumētum, quod qui hodie condemnatur vt hereticus, pꝛeſumitur heri hereticus, quia hoc eſt falſum, cū hoc habeat in pꝛeteritum neceſſariam veritatem contrariā. Iſta verba non ſunt perfecta, neqʒ in omni parte ſui ve ra, vt j. videbitis. Ideo aduertendū, nam quandoqʒ ex eo quod eſt in pꝛeſenti, volumus pꝛeſumere in pꝛeteritum illud idem, quādoqʒ ex eo quod eſt in pꝛeſenti, volumus pꝛeſumere aliud. Pꝛimo caſu, aut pꝛeſens tempus ſe habet ad pꝛeteritum, ad quod volo pꝛeſu mere ſicut finis ad initium, tunc de pꝛeſenti pꝛeſumimus in pꝛete ritum, vt l. ſed ⁊ Iud. §. pꝛoinde. ff. ad Maced. vbi ſi filius vertit in rē patris, pꝛeſumitur a pꝛincipio illo animo accepiſſe, vt j. de agri co. ⁊ cenſi. l. litibus, vbi ſi colonus mihi reſpondet de fructibus pꝛe ſumitur retro meo nomine coluiſſe, ⁊ idem in ſimi. Quandoqʒ pꝛe ſens ſtatus non habet ſe ad pꝛeteritum eo modo, ⁊ tunc aut illud, quod eſt in pꝛeſenti, habet in pꝛeteritum neceſſariam contrariam veritatem, ⁊ non pꝛeſumimus in pꝛeteritū, vt d. l. iiij. ff. eo. Aut non habet, ⁊ tunc aut pꝛeſens ſtatus habet ſe ad non eſſe, aut ad eſſe. Pꝛimo caſu ex pꝛeſenti pꝛeſumimus in pꝛeteritū vt d. l. non eſt ne ceſſe. ⁊ l. j. §. ſi magiſtratus. ff. de mag. conue. Secundo caſu, ⁊ tunc ex pꝛeſenti non pꝛeſumimus in pꝛeteritum. Exemplū ſi hodie poſ ſideo in pꝛeteritum non pꝛeſumoꝛ poſſediſſe, vt j. de pꝛeſcrip. long. temp. l. ſuper longi. Et ſi hodie ſum dominus non pꝛeſumoꝛ retro fuiſſe dominus, vt l. ſi mater. §. ea. ff. de excep. rei iudi. cū ſimil. ¶ Et quod ſ. dixi quando ſe habet ad non eſſe, intellige ſimpliciter. Nam ſi haberet ſe ad non eſſe per modum pꝛiuationis, vt ſi dicerem liberatum, non pꝛeſumeretur in pꝛeteritū, imo infertur cōtrari qꝛ ad poſitionē pꝛiuationis ſequitur reſciſſio habitus. l. decem verb. ob. Secundo quando ex pꝛeſenti volo aliud pꝛeſumere in pꝛe teritum, ⁊ tunc quandoqʒ pꝛeſens infertur in pꝛeteritum de nece ſitate, vt aliqua peperit hodie, ex hoc infertur, quod intra vnde cim menſium pꝛeteritoꝛum tempus ipſa cognouit hominem. vt aut. de reſtit. ⁊ ea que parit. §. vnde ſi quidem, ⁊ idem in ſimilib. q fructus induſtriales ſunt recollecti, induſtria fuit adhibita tem re congruo. Eadem ratione ſi vinea facit fructus de neceſſitate quitur quod vinea fuit tribus annis in pꝛeteritum laboꝛata, qu doqʒ pꝛeſens non infert in pꝛeteritum de neceſſitate ⁊ tunc de pꝛe ſenti non pꝛeſumitur in pꝛeteritum regulariter vt faciat plenā pꝛo bationem, vt j. l. matrem, ⁊ l. neque natales. Fallit in l. ſi hi qui ad terij. j. de adult. Poteſt tamen quandoqne contingere quod fa aliquam pꝛeſumptionem in pꝛeteritum, vt l. inciuilem. j. de furt

LEX IIII.

1 ☞ Pꝛobationes legitime que dicautur. ⁊ nu. 5.
2 Fama non pꝛobat dominium, ſed pꝛobationem coadiuuat. nu
3 Fama inducit iuſtam cauſam credendi.
4 Titulus putatiuus ſufficit ad pꝛeſcriptionem, ⁊ nu. 7.

a Pꝛopꝛietatis.[a] Dominium poteſt pꝛo ri per inſtrumenta, ⁊
b gitimas pꝛobationes.[b] h. d. ¶ † Quero, que ſunt
1 gitime pꝛobationes. Dicit[c] gl. per famā conſequ
c vel teſtes, vel per alia, non intelligatis † quod per famam pꝛob
2 dominium ſed pꝛobationem coadiuuat. l. iij. §. eiuſdem quoqʒ pꝛin
3 cipis. ff. de teſt. Uel poſſumus dicere † quod fama operetur[d] ho
d quod inducat iuſtam cauſam credendi, ⁊ ſic induceret titulum pu
4 tatiuum, qui ſufficit ad pꝛeſcriptionem, vt l. celſus. de vſuc. Et ho
e modo foꝛte debet intelligi glo. que eſt in l. ſed an vltro.[e] circa pꝛin ff. de neg. geſt. ⁊c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Pꝛopꝛietatis. Debuit allegare l. at qui. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. Uide Ang. in d. §. cum me abſente.
b ALEX. ¶ Pꝛobationes. Not. quod ſi teſtis deponat quod talis tenebat pꝛo ſuo, tanquam rem ſuam, non per hoc pꝛobatur domi nium niſi oſtendat titulum. Ita dixit d. Abba. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. alleg. dictum Inno. in c. illud de pꝛeſum. ⁊ dominos de Rot. in dec. cccxxv. Adde ⁊ ibi plene ſcriptis in l. j. ff. pꝛo ſuo. po Bar. ⁊ Angel. vbi ad hoc alleg. alias concoꝛd.
c ALEX. ¶ Dicit gl. An iſta gl. ſit vera vide Bar. in l. de mino toꝛmenta de queſtio. ⁊ ita ſoluit Bart. in l. cum ſuper rei vend
d ALEX. ¶ Fama operetur. Poſſes dicere in hoc articulo fama recens ⁊ tunc non plene pꝛobat, ſeu adminiculatur. Itaq cedat iſta gl. hic per quam dicunt Cyn. ⁊ Bar. ⁊ omnes ꝙ qua pꝛocuratoꝛes articulant quod de hoc eſt publica vox, ⁊ fama, ideo faciunt quia ſi pꝛobationes erunt hincinde pares, defertu ramentum ſemiplene pꝛobanti pꝛopter famam, Aut pꝛima eſt tiqua, ⁊ tunc plene pꝛobat dominium. Ita dicit Ang. in l. Ti ff. quibus modis pigno. vel hypp. ſol. ⁊ d. l. at qui natnra. §. cum abſente. ff. de neg. geſt. licet gloſ. ibi tenuerit contrarium, ⁊ not. ibi Angel. quod ita fuit de facto obtentum in ciuitate Padua Idem Bal. in aut. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl. ⁊ in l. conue cula. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ in l. cum ſuper de rei vend. ⁊ hic. ⁊ Imol. in c niens. de verb. ſig. Iuxta hoc not. ꝙ fama antiqua eſt illa que ex dit hominum memoꝛiam. Excedere enim dicitur memoꝛiam ho num ſi per. xl. ann. viguit. Dictum eſt ſing. d. Ant. in c. veniens de teſt. Qualiter pꝛobatur ſtare memoꝛia, vide que ſcripſi p Bart. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. Adde quid ope tur fama autiqua. Bald. conſi. lxxiij. iij. lib. ⁊ conſi. ccccxliiij. eod Et qualiter pꝛobetur poſſeſſio, ⁊ qualiter dominium. vide Ba conſi. cccxxvj. cum duobus ſeq. iij. lib.
e ALEX. ¶ Sed an vltro. Uoluit Allegare l. at qui natura. §. cu me abſente. ita glo. de neg. geſt.

ALIA LECTVRA.

Pꝛopꝛietatis. Dominium poteſt pꝛoba quolibet genere pꝛobatio h. d. ¶ Not. hic iſtud quod dicit pꝛopꝛietatis do ⁊c. Not. etiam hic cum gloſ. ſua quod quicunque ha aliquod ius, dominium illius iuris dicitur habere. De hoc
5 tur l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſſ. ¶ † Quero que ſunt legitime pꝛobationes. Gloſſ. dicit, per famam conſequentem, vel teſtes, vel
6 alia non intelligas ꝙ † per famā pꝛobetur dominiū, ſed coadiuua pꝛobationē de dominio, vt ff. de teſt. l. iij. §. eiuſdem quoqʒ in pꝛin
7 † Dico etiam quod fama facit ad pꝛobationem dominij. nam a vſucapionem, ⁊ pꝛeſcriptionem ſufficit titulus putatiuus erro pꝛobabili, vt l. Ceiſus. ff. de vſucapio. Unde ſi eſſet fama ꝙ pat meu

meus acquiſiuiſſet aliquid aliquo titulo, hec fama induceret iuſtū
errorem, ⁊ illo titulo preſcriberem, ⁊ hoc forte voluit ſentire gl. de
neg. geſtis. l. at qui natura. §. cum me abſente. in glo. magna. Poſ-
ſunt etiam alie probationes de dominio eſſe. Ideo poteſt eſſe in
reb. mobilibus probatio multum clara, vt ſi inueni lapillum in li-
tore maris, vel feci vnam ſpeciem ex multis rebus bona fide, vt ff.
de acqui. rerum domi. l. adeo. §. cum quis.

LEX V.

1 Scriptura priuata quando probet.
2 Que ſunt adminicula, que adiuuant ſcripturā priuatā, vt probet.

**Inſtrumenta.** [a]Legitur duobus modis, vno modo ſecundum gloſ.
ſecundum quam breuiter h. d. Priuata † ſcriptura non
inducit probationem ſi ibi non eſt cauſa. h. d. Vides er-
go ſecundum gl. quod illa priuata ſcriptura facit fidem, quantum
eſt in ſe, ſed non ſufficit propter defectum eorum, que in ea continē-
tur ſed ipſa de ſe probat illud qd dicit, ſed non ſufficit, qꝛ non con-
tinet cauſam. Hec lec. videtur contra tex. qui dicit, quod non facit
probationem. Unde Ultramon. legunt aliter, ⁊ ſecundū eos breui-
ter dicit. Priuata ſcriptura non facit fidem, niſi cum alijs admini-
culis, vt puta literarum comparationibus adiuuetur. h. d. Lectu.
glo. procedit quando priuata ſcriptura ſit confeſſa quod ſit facta
eius manu, contra quem producitur. lec. Ultramon. procedit quā-
do ſcriptura negatur.

ADDITIO.

a ALEX. Inſtrumēta. Allegaui tibi in l. nuda. de do. AD DE
Que poſui poſt Alex. in d. l. nuda.

ALIA LECTURA.

1 **Inſtrumenta.** † Legitur duob⁹ modis. Primo ſecundū glo. ſcri-
2 ptura priuata non facit fidem ſine cauſa. † Quero
que ſunt iſta alia adminicula. Dicit gl. cauſa vt gl. nu-
da ratio. ff. de dona. ⁊ de acqui. rer. do. l. nūquam nuda. Videte, pri-
uata ſcriptura ſi nō habet cauſam probat ſicut cū cauſa, ſed pro-
batum non releuat, ⁊ ideo iſta lec. non videtur vera, qꝛ text. querit
vtrum ſufficiat ad probationem. Ideo Ultramontani legunt iſtā
legem alio modo, ⁊ ſecūdum eos breuiter h. d. Priuata ſcriptura
non probat, niſi teſtibus, vel comparatione adiuuetur. h. d. Se-
cundū hoc quero, que ſint adminicula, de quibus loquit hic? Re-
ſpondeo, comparatio, ⁊ teſtes ſecundū formam l. comparationes.
j. tit. ij. ⁊ in aut. ibi poſita. Lec. gl. poteſt eſſe vera in priuata ſcriptu-
ra confeſſata, que nō ſufficit ad probationē eius, qd in ea continet,
3 niſi adiuuet adminiculis ſupradictis. Ultimo gl. colligit, † que
non proſunt ſingula, multa iuuant. Op. gl. j. qui nume. tu. l. j. in fin.
Sol. in vno verbo. Quandoqꝫ plura, que nō proſunt, ſingula ten-
dunt ad perficiendum vnum totum, tunc que non proſunt ſingu-
la, multa iuuant, vt hic cum ſimi. Omnia enim iſta tendunt ad fa-
4 ciendum iudici fidem. Si vero tendunt ad diuerſa † tunc que non
proſunt ſingula, nec multa iuuant vt in l. contraria, ibi enim tende-
bant ad diuerſas ſpecies executionum.

LEX VI.

**Rationes.** Duas partes habet. Prima loq-
tur in ratione. Secunda in vltima
voluntate. Prima pars h. d. Rōnes defuncti non pro-
bant alium fuiſſe debitorē defuncti. h. d. Secunda pars
ſecundum gl. breuiter dicit. Verba enunciatiua defuncti in vltima
voluntate, debitores non liberant. h. d. ſecundum gl. Vel aliter de-
bitoribus non preiudicatur ſecundum alios. Secunda pars inci-
pit ibi, eiuſdem iuris eſt, videtur quod in reſiduo debitor liberet.
Unde oppo. de l. j. j. de fal. cau. adie. Sol. ibi aſſeruit ſibi ſolutum,
hic vero dicit certam quantitatem ſibi deberi, licet enim dixerit de
minori, non propter hoc negabit, quin deberetur maior quanti-
tas. Sed ſi dixiſſet ſibi deberi centum tantum per hoc quod dixit
tantum, videtur negare ꝙ plus debeatur, ⁊ tunc ſufficeret debito-
a ribus ſecūdum Azo. ⁊ bene. [a] Probatur in l. iij. §. cum Titio. ff. de
adimen. lega. Tetigi vobis ſ. de tranſactioni. l. ſiquidem.

ADDITIO.

a ALEX. Et bene. Adde Bar. in l. ſi cum dos. in prin. rerū amo.
⁊ ſic no. hic gl. qd in ſententia affirmatiua concepta non ſubintelli-
gitur dictio taxatiua tantum, pro hoc videtur text. in l. cū furti. ff.
de in litem iuran. vbi ſi ſubintelligeretur, iurans fuiſſet periurus, ꝙ
tamen ibi negatur. Et de iſta dictione tantum, vide Bal. in l. cum
mulier ſolu. matrimo.

ALIA LECTURA.

1 Rationes defuncti, quando faciant preſumptionem, vel indi-
cium.
2 Enunciatiua verba defuncti quam probationem faciant. ⁊ nu. 5.
3 Iuramentum erroneum an noceat, ſicut nec confeſſio.

**Rationes.** Rationes defuncti nō probāt con-
tra extraneos. Itē per aſſertionem
minoris quantitatis, nō inducitur liberatio a maiori.
1 hoc dicit. Circa primam partem quero † vtrum ra-
tiones defuncti faciant aliqualem preſumptionem, ſeu indicium.
Et gloſſ. aliquando tenet quod ex ea debet deferri iuſiurandum vt
dixi in l. admonendi. ff. de iureiur. ⁊ hoc probat cum dicit, ſolam ſuf-
ficere non poſſe, ⁊c. quaſi dicat: cum egeat aliquibus adminiculis,
ipſa ſola non ſufficit, ſed adminiculatur, ſicut non probaret teſtis
vnicus. Ratio eſt, nam tunc dicitur fieri probatio. ⁊ communis ſit
preſumptio, cum iudex adducitur ad fidem. ⁊ credulitatem. vt dixi
ſuper rub. Sed cum iudex vidit librum rationum. aliqualiter inci-
pit ſuſpicari quia non eſt veriſimile quod defunctus ſcripſerit ibi
2 falſum. Ad ſecūdam partem quero pro declaratione tex. † quid
ſi teſtator vſus eſſet verbo taxatiuo tantum, vel ſolummodo, vel
duntaxat, vt puta Titius debet mihi centum tantum, Azo dicit
tunc eſſe aliud. Hugo dicit idem. Iſte opi. non contradicunt ſibi.
Nam quod Azo dixit tunc eſſe aliud. verū eſt ex ſignificatione ver-
borū. Caſus eſt not. ff. de adimen. leg. l. iij. §. cum Titio. ⁊ quod Hu-
go dixit quod ipſe non negat dictum Azo. eſſe verum, ſed dicit, li-
cet verba hoc importent, tamen non preiudicat, ſi per heredē con-
trarium probetur niſi in duobus caſibus quos ſtatim examinabo.
Poteſt ergo probari contrarium ſecundum Hug. ⁊ bene, vt l. j. de
fal. cauſa adie. Fallit in duob⁹ caſibus. Primo ſi iurauit, vt in aut.
3 hic poſita. Hoc non videtur verum, † quia iuramentum erroneum
non debet nocere ſicut nec confeſſio, vt l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. ⁊ l. ſi. de
4 non num. pecu. Suſtinendo dico hoc ideo, † qꝛ iuramentum impor-
tat in ſe, vt ſi non valet quod ago, vt ago, valeat vt. ⁊c. ⁊ l. cū pater.
§. filius matrem. de leg. ij. Ualebit ergo tunc iure liberationis reli-
cte. Item fallit ſi fuit ſciens, qꝛ tunc non errauit. ⁊ dictum hoc eſt,
quando per heredem probatur error. Ultimo gl. ſumit hic arg.
5 quod † verba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem. Poſtea in
contrarium arguit. Breuiter ad ſol. l. que hic alleg. ⁊ ad declaratio-
nem huius, ſcias quod verba enunciatiua nunquam inducunt di-
ſpoſitionem vltra id quod eorum ſignificatio importat. Hic eſt ca-
ſus, ⁊ in l. Titia. §. Caius. ff. de l. ij. Item verba enunciatiua non in-
ducunt diſpoſitionem contra eum. quem teſtator non potuit gra-
uare. Hic eſt caſus, ⁊ in l. iij. §. j. ad Syllania. ⁊ j. de teſt. l. verba. Item
verba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem eius quod per te-
ſtatorem non poteſt induci, vt j. arbi. tut. l. j. ſ. communia vtriuſque
iudi. l. ſcriptura. Alia regula eſt. Verba enunciatiua eius, ꝙ per te-
ſtatorem poteſt induci diſponūt contra eum, quē teſtator grauare
pōt, vt l. ex hac ſcriptura. de don. ff. ad Syllania. l. j. in ſi. ⁊ l. ij. ⁊ l. Lu-
cius. §. quiſquis. de leg. ij. ⁊ j. de fal. cau. adi. leg. l. j. in prin. cum ſimil.

AUTHENT.

**Quod obtinet.** Verba enunciatiua teſtato-
ris non preiudicant heredi-
a bus niſi teſtator iurauerit. [a] hoc dicit. De materia hu-
ius auth. dic plene, vt in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona.

ADDITIO.

a ALEX Iurauerit. Quando iuramentum tranſit ad heredes
dixi in authen. ſacramenta. ⁊ quod ibi Bald. no. C. ſi aduer. vendi. ⁊
Bald. in l. fin. C. de pact. ⁊ in l. ſi quando. C. de inoffi. teſt. ⁊ Bald. in
authen. principales. C. de iureiu. propter cal. ⁊ Bar. ⁊ Ang. in l. ge-
generaliter, in princ. de re. credi. ⁊ not. Bal. in l. iij. j. plus vale. quod
agi. Cardi. Flo. in cle. Rom. §. porro. in vj. q. de iureiur. Feder. conſi.
ccliij. glo. lxiiij. diſt. tibi domino. Inno. in c. veritatis. de iureiur. Hoſt.
⁊ Joan. And. in c. ſi. de ſepult.

ALIA LECTURA.

2 Heres non ſeruans iuramentum defuncti, non efficitur periu-
rus.
4 Teſtator iurando non poteſt extraneis preiudicare, prodeſſe ſic.
numero 5.

**Quod obtinet.** Verba enūciatiua teſtato-
ris non preiudicāt heredi-
bus niſi teſtator iurauerit, vel pone caſum ſecundum ꝙ
1 colligitur ex lec. Hugolini poſita ſuper l. C. † Not. qd
heres tenetur ſeruare iuramentum defuncti, non tamen eſſet per-
iurus ſi non ſeruaret, quia iuramentum non ligat niſi animam iu-
2 rantis, † nec tranſit ad heredes, [a] vt. ſ. de reb. cred. l. generaliter. in
a princip. ⁊ extra de iureiur. ca. veritatis. Secundo not. quod te-
3 ſtator † etiam iureiurando non poteſt preiudicare extraneis. Que-
4 rit gloſſ. an poſſit prodeſſe extraneis. Et determinat † quod ſic, ⁊
bene. De materia huius authen. dic plene, vt dixi in l. ex hac ſcri-
ptura. ff. de dona.

ADDITIO.

a Heredes. Adde quod licet non poſſit adiri iudex eccleſiaſticus
principaliter contra heredem pro obſeruantia iuramēti defuncti,

pꝛout tenet Jo. And. in c. fi. de iureiu. in vj. ꝛ ſequitur Bal. in l. j. de iureiur. tamen poterit per indirectum adiri, vel vt compellat heredem ad transferendum, ꝛ exonerandum animam defuncti. ar. no. in c. a nobis, de ſentẽ. excom. Jta Abb. ꝛ ibi d. Maria. Soc. in c. cum ſit generale, de foꝛo compe.

LEX VII.

a Exemplo. [a] Scriptura pꝛopꝛia non facit fidem pꝛo pꝛoducente. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Exemplo. Jſte tex. poteſt allegari qꝛ ſimplici pꝛoteſtationi alicuius credi non debet. Pꝛo quo tamen vide Bart. ꝛ que ibi dixi poſt eum in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi.

1 Exemplo. Scriptura pꝛopꝛia ſcribenti non pꝛodeſt. ¶ No. † qd non debet permitti id,
quod eſt mali exempli cauſa, vt ff. de penis l. ſi quis aliqd.
2 §. qui aboꝛtionis. ¶ Secundo not. quod † liber rationum nõ pꝛobat pꝛo ſcribente, vt hic, vel pꝛo herede eius, vt ſ. l. pꝛoxi. ſed contra ſcribentem ſic, vt l. quedam. §. numularios. ff. de eden. ꝛ contra heredes eius, vt l. inter chartulas, ꝛ ibi no. j. de conue. fiſc. debit.

LEX VIII.

Fruſtra. Reus nõ debet pꝛobare, ſed actoꝛ. Hoc dicit.

LEX IX.

Cum te minoꝛem. Ei, qui etatẽ allegat, incũbit onus pꝛobãdi eam. h. d. De hoc habuiſtis ſ. de in integrum reſtitutio. l. ſi minoꝛem, ꝛc.

ALIA LECTVRA.

2 ☞ Aetas per quem pꝛobetur, ꝛ quis debet eam pꝛobare.
4 Quod ſemel fuit tale, quando pꝛeſumatur ipſum fuiſſe tale.

Cum te minoꝛem. Qui etatẽ dicit, eã pꝛobare dꝫ. Hic eſ-
1 ſet videndũ pꝛincipaliter † an poſſum adire iudicem, ad
hoc vt pꝛobem de etate mea, qd hec lex velle videtur,
quod examinaui plene in l. de etate. ff. de minoꝛi. ¶ Secundo eſſet
2 videndũ † cui incumbit onus pꝛobandi etatẽ. Et iſte tex. dicit, ꝙ ei,
qui dicit. Clarius ei, cui etas eſt fundamentum intentionis, vt d. l.
de etate. ff. de mino. ꝛ ſ. de in integ. reſtitu. l. ſi minoꝛem. ꝛ ibi melius
3 quam alibi. Jtem eſſet videndum † qualiter pꝛobetur etas. Dic, vt
4 d. l. de etate. ꝛ de pꝛobationis effectu ibi plene dixi. ¶ Op. † quod
ſemel fuit tale, ſemper pꝛeſumitur tale, niſi pꝛobetur contrarium, vt j. eod. l. ſiue. Sol. Jllud eſt verum in his, que ſolo curſu tempoꝛis non mutantur, ſed etas ſolo curſu tempoꝛis mutatur: ergo, ꝛc. vide gl. ꝛ eam not.

LEX X.

1 ☞ Articulus, qui de neceſſitate non concludit, quando debeat admitti.

Neque natales. Non pꝛobat hoc eſſe, ꝙ ad hoc contingit abeſſe. h. d.
a Vel aliter. Articulus[a] impertinens nõ debet admitti. h.
1 d. ¶ Opp. de l. matrem, ꝛ de l. ſiue poſſidetis. j. eod. vbi † articulus,
qui non concludit de neceſſitate, debet admitti. Sol. quidã eſt articulus, qui de neceſſitate cõcludit, ꝛ de iſto non eſt dubiũ. Quidam eſt articulus qui pꝛeſumptiue concludit, ꝛ tunc quandoqꝫ inducit talem pꝛeſumptionem que trãſfert onus pꝛobãdi in aliam partẽ, ꝛ tunc debet admitti, vt l. contraria. Quandoqꝫ inducit talem pꝛeſumptionem, que facit ſemiplenã pꝛobationem, ꝛ tũc idem, vt l. in bone fidei. ſ. de iureiu. Quandoqꝫ neutrum iſtoꝛum facit, nec aliã pꝛobationem coadiuuat, ꝛ tunc non debet admitti, ita loquitur hic, ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Articulus. Articulus non concludens an debeat admitti in petitiõe vide Bal. in l. ſiue poſſidetis. in pꝛin. Et ad Bar. hic vide quod not. Jnn. in c. ex parte Abbatiſſe. de pꝛiuil. vide per Jo. And. in c. literas. de pꝛeſump.

LEX XI.

Si ſcriptum. Jn dubio pꝛeſumitur pꝛo teſtamento, niſi pꝛobetur contrariũ. hoc dicit.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Qui dicit teſtamentum ſolenne quando debet id pꝛobare.
2 Teſtamentum an poſſit dici nullum pꝛincipaliter agendo.

Si ſcriptum. De conditione alterius non põt ali9 agere pꝛincipaliter, ſed incidenter ſic. Vel aliter ꝛ hoc ſemper allegatur. Teſtamentũ pꝛeſumitur ſolenne, niſi pꝛobet̃ contrarium.
1 ¶ Op. ꝙ ille qui dicit teſtamentum ſolẽne, debet pꝛobare l. quecunqꝫ. in fi. ff. de pub. Sol. bꝛeuiter. Quedam eſt ſolẽnitas que requiritur ad teſtamẽtum ſimpliciter, vt numerus teſtium, ꝛ ſimilia, ꝛ tunc qui teſtamentum allegat, debet hoc pꝛobare, vt ſic in pꝛopꝛia eius figura appareat, vt j. de edicto diui Adri. tollen. l. fi. Quedam requiruntur in teſtamento ad effectum, nõ ſimpliciter, ſed aliquo pꝛeſuppoſito, vt inſtitutio vel exheredatio filij requirit in teſtamento quod pꝛeſupponatur quod filius ſit. Jdem ꝛ in ſimili inſtitutione, ꝛ pꝛo teſtamento pꝛeſumitur, niſi pꝛobetur contrarium, vt hic, ꝛ ſ. de iur. ꝛ fac. igno. l. ſi poſt diuiſionem. j. de codicillis ne codicillos, ꝛ. ff. eo l. quidam, licet gl. alleget hic alias pꝛo contrarijs, tamen ſunt pꝛo. ¶ Oppon. quod quis poſſit dicere heredem non capacem pꝛincipaliter, vt ſupꝛa eodem. l. cum te. So. Jbi quis volebat agere de conditione perſone ſue, hic de conditione alte-
2 rius. † An autem quis poſſit dicere teſtamentum nullum pꝛincipaliter agendo. Videtur hic tex. quod non, vt in l. j. ſ. de oꝛdi. iud. Dixi in l. ꝛ eleganter. in pꝛin. de do. ꝛ in l. que ſub conditione. §. fin. ff. de condi. inſtit.

LEX XII.

1 ☞ Dominium, vt transferatur, an requiratur quod fiat miſſio in poſſeſſionem rei vacue, ꝛ nu. 15.
3 Dominium, vt pꝛobetur, quid requiratur, ꝛ nu. 5. ꝛ nu. 10. ꝛ nu. [illegible]
4 Dominium non transfertur per vendentem, ꝛ tradentem non dominium.
14 Poſſeſſoꝛ quando pꝛeſumatur dominus.

Cum res. Res per inſtrumenta nõ geritur per inſtrumẽta pꝛobatur, poteſt modis etiam legitimis compꝛobari. h. d. ¶ Contrarium opp. de l. contractus. j. de fi. inſtr. Solu. Quod dicitur, fallit quando hic agitur, quod contractus celebꝛetur in ſcri-
a ptis. ¶ Circa ſecundam partem queruntur aliqua.[a] Pꝛimo † an ſit
1 neceſſe ad tranſlationem dominij,[b] quod fiat miſſio in poſſeſſionem
b vacuam? Quidam dicunt quod ſic, per hanc legem. doct. noſtri tenent vbique contrarium. per l. ſi fundum. ff. de fun. dota. ꝛ l. ij. §. j. de
2 actio. empt. ¶ Secundo queritur extra glo. † vtrum ad publicianam requiratur quod quis mittatur in poſſeſſionem vacuam quidam dicunt quod ſic, quia alias non poteſt pꝛeſcribere, ergo nec
* publiciana competit, vt l. eum qui. in pꝛinc. ff. de pub. dic plene * de hoc vt dixi vobis. in l. Celſus. ff. de vſucap. ¶ Tertio querit gloſſ.
3 † quot requirãtur ad pꝛobationem dominij. Placen. dicebat quod tria que in hac l. ponuntur, ſcilicet, emptionem factã, traditionem,
4 ꝛ pꝛetium numeratum, quod gl. noſtre non placet. ¶ † Quid enim ſi ille qui vendidit, ꝛ tradidit, non erat dominus? Certe non poteſt
5 transferre dominium, vt l. traditio. ff. de acqui. re do. † Et ideo addit
c glo. quod debet pꝛobare tradentem fuiſſe dominum.[c] Sed qualiter pꝛobabitur? Reſpondet gloſſ. pꝛobatur per modos traditos Inſtit. de re. diui. §. ſinguloꝛum. Poterit etiam pꝛobari quod pꝛeſcripſit, ꝛ vſucepit. Sed qualiter reſpondebis ad iſtam legem, que videtur velle quod tria ſufficiant. Gloſſ. reſpondet, quod hec ſup-
d pletur[d] per illas. Vel, dic, ꝛ iſtud eſt not. dicit gloſſ. quod agebat contra venditoꝛem, vel eius heredem, qui non negat venditoꝛem fuiſſe dominum, quia ſic ſuam, ꝛ ſui authoꝛis turpitudinem allega-
6 ret, quod non poſſet. quod not. † quia ſecundum hoc ille, a quo cauſam habeo, non poteſt mihi obijcere, quod ipſe non fuerit do-
e minus, an autem econuerſo, ille qui habet cauſam a me[e] poſſit mihi referre queſtionem dominij. Dic vt l. ita vt ſi fur. ff. commodati. Tangetur j. eod. l. ſiue poſſidetis, ꝛ j. loca. l. ſi quis conductionis. Non habetis hic alia, ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Aliqua. Adde Bal. hic, ꝛ in l. ij. j. de acqui. poſſeſſ. ꝛ gl. ꝛ Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap.
b ALEX. ¶ Dominij. Vide in l. rem que nobis. de acqui. poſſeſſ.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Dic plene. Vide concoꝛd. per Alex. l. iij. §. ex contrario. ꝛ in l. rem que nobis. ff. de acqui. poſſeſſ.
c ALEX. ¶ Dominum. Quod non poteſt melioꝛis conditionis eſſe ille, qui habet cauſam ab aliquo, quam fuiſſet ille, a quo cauſam habet. Et pꝛobatur hoc not. in l. j. §. j. ad Treb. ꝛ Paul. de Caſt. hic tractat allegando hic not. in conſi. xviij. quod incipit, in Chꝛiſti nomine amen. in cauſa que vertitur Parme, ꝛc.
d ALEX. ¶ Suppletur. Hunc §. ꝛ hanc gloſſ. not. ſequitur Bal. hic. adde eundem in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. ꝛ vide Pau. de Caſtr. in conſil. iij. quod incipit in Chꝛiſti nomine amen. in facto iſto quatuoꝛ ſunt videnda, ꝛc. vbi allegat not. per gloſ. hic ꝛ vide Bart. in l. ita ꝛ ſi fur. ff. commo. hic alleg.
e P. PAV. P. ¶ A me. An ille, qui emit a me, vel alias cauſam habuit, videatur fateri rem ad me ſpectare taliter quod non poſſit poſtea negare, vide Ang. ſingulariter dicentem quod nõ, in l. j. poſt pꝛin. ff. de publica. Sed contrarium dicit Bal. in l. ſiue autem. §. in eo. tit. vbi etiã idem Ang. in pꝛin. tenet, ꝛ idem videtur velle Pau. de Caſtr. hic. Jtem vide in materia Pau. de Caſtr. conſi. iij. ꝛ conſ. xciiij. qui vult quod vbi deducerent poſtea dñium pꝛincipaliter ab eo, a quo cauſam habent, non pꝛobaretur etiam contra me ex ipſo

contract

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

contractu,vide Paul.de Caſtr,in l.pe.ff.de condi.inſer. qui in hoc
videtur velle contrarium,vide ad Bart.in l.legata.de adimen.leg.
Item pro deciſione Pau.de Caſt.in d.l.j.Sali.qui loquitur in for-
tiorib.terminis,in l.matrem.ſ.eod.⁊ vult quod licet fateatur reus
conuentus hypothecatam rem fuiſſe debitoris, ſed negat fuiſſe
ſuam tempore hypothece facte,quod debet hoc probare.Et dictũ
Angel.in d.l.j.ſequitur ſimpliciter. Alex.in conſil.xcij.in j.volum.et
conſil.clxxxv.in ij.vol.vide ⁊ pondera Bal.in c.ij.de noua for.fideli.
vide late in ſecundo repertorio in verbo emptor. vbi habes qua-
tuor limitationes ad dictum Ang.⁊ alios cõcordant. Item quod
non videatur fateri qui dicit ſe emiſſe vel permutaſſe,vide Alex.in
apoſt.ad Barto.in l.Julianus verum debitorem,de condi.inde.in
apoſt.ſuper verb.l.cum de indebito.facit quod ſcripſi ad Bar.in l.
ab emptore,ff.de pact.ꝙ per conſtitutum probatur poſſeſſio con-
tra illum,qui conſtituit pro eo verſus quem conſtituit.

ALIA LECTVRA.

**Omnes res.** Non ſolum inſtrumentis ſed quibuſcun-
que alijs probationib.poteſt probari do
minium. ¶ Not.quod contractus non fiunt per inſtrumen
ta,ſed facta per inſtrumenta probantur. Simile.ff.de pig.l.contra-
hitur. ¶ Oppo.ad primum de l.contractus.j.de fide inſtru. Solu.
vt in j.glo. ¶ Veniamus ad ſecundam gloſ.que tractat materiam
valde vtilem. Hic dicitur in vacuam poſſeſſionem,quero an requi-
ratur,quod quis mittatur in vacuam poſſ.ad dominij tranſlatio-
nem.Quidam quod ſic,per iſtum tex.glo.determinat contrarium,
7 ⁊ bene,per l.ſi fundum.ff.de fun. dota. ¶ †Quero vtrum ad Pu-
blicianam ſufficiat traditio poſſeſſionis non vacue. Iſtam queſtio-
nem format hic Cyn.⁊ Jac.But.Inſti.de act. §. alie.⁊ determinat
quod non ſufficit,nam publiciana non competit ei, qui non poteſt
vſucapere,vt l.eum qui.in princ.ff.de publi. Sed inductus in poſ-
ſeſſionem non vacuam,poſſeſſionem non acquirit,ergo non vſuca-
pit,ergo nec publicianam habet. Credo quod habeat ſanum intel
lectum. Tamen aduertendum eſt,†quia poſſeſſio non vacua, dici-
tur duob.mod.vt hic dicit glo.⁊ probatur in l.ij.§.j.ff.de act.empt.
primo quando aliquis poſſidet naturaliter,⁊ ciuiliter:vel ciuiliter
tantum ⁊ tradens naturaliter, tunc verum dicunt predicti docto.
ſed quando aliquis poſſidet naturaliter tantum, ⁊ tradens ciuili-
ter tantum,tunc licet fiat miſſio in poſſeſſionem nõ vacuam,tamen
acquiritur publiciana,q2 miſſiõe acquiritur ciuilis, que erat apud
mittentem,que ſola ſufficit ad vſucapionem,vt l. j. §. per ſeruũ qui
in fuga.ff.de acq.poſſ.⁊ l.qui poſſ.⁊ l.qui fundum.in prin. pro empt.
Quandoque dicitur poſſeſſio non vacua quando quis eſt in poſ-
ſeſſione cauſa rei ſeruande,vendens vero,ſeu tradens poſſidet ciui
liter, ⁊ naturaliter, tunc etiam ſufficit ad publicianam, vt ff. pro.
emp.l.miſſo.⁊ ff.pro herede.l.qui legatorum.§.j. licet tamen predi-
cta ſufficiant ad publicianam,† non tamen liberatur venditor, niſi
tradat poſſeſſionem vacuã omnimodo,vt dicit l.ij.§.j.⁊ l.iij.in prin.
10 ff.de act.emp. ¶ Quero,⁊ ſum in glo.in ſecunda parte,†vtrum ſuf-
ficiat probare iſta tria ad probandum dominium. Placen.dicit ꝙ
ſic,per hanc legem.glo.dicit contra,quia iſta tria de neceſſitate nõ
inferunt emptorem dominum,quia poteſt eſſe quod venditor non
fuit dominus,vt l.traditio.de acqui.re.dom. Dico quod non infert
de neceſſitate,neque probabiliter,ſecundum dicta.ſ.eo.l. neque na
tales. Unde oportet quod probet quod venditor fuerit hic domi-
11 nus,⁊ illud communiter tenetur per omnes. ¶ †Querit gloſſ.qua-
liter probabitur venditorem fuiſſe dominum. Glo.dicit hic in reb.
mobilib.multum clare, vt q2 cepit feram beſtiam vel aliquam ſpe-
cialem ſpecificauit.Sed in re immobili qualiter probabo vendito-
rem fuiſſe dominum? Certe per preſcriptionem, quia poſſederat
tanto tempore, iuſto titulo, ⁊ bona fide quod preſcripſerat. Sed
tunc ſecundum gl.non probatur directum dominium, ſed vtile, vt
12 in auth.niſi.⁊ ibi not.j.de bon.mat. ¶ †Qualiter autem poteſt pro
bari directum? Dubium eſt finaliter alias ego dixi, ⁊ credo dicere
verum,regula iuris gentium eſt, quod in nullius bonis eſt, occu-
panti conceditur,⁊ ideo puto quod ſi facta ſolenni inueſtigatione,
⁊ diſcuſſione, non reperiatur aliquis, qui dicat ſe dominum illius
fundi quẽ author meus poſſidebat,dico probari ipſum directum
13 dominum,vt l.rem que nobis.ff.de acqui.poſſ. ⁊ ibi dixi. ¶ †Que-
ro, quia modus probandi per preſcriptionem eſt ceteris commu-
nior,qualiter ſit formandus articulus ad probandum preſcriptio-
